



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Luneburgi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

*Moribus ornata sibi conjux est sociata.  
 Pauperibus larga, simplicitate pia,  
 Inclita Mechtildis Anglorum filia Regis.  
 Nutriat angelicis hos Deus ipse cibis.  
 Adjacet aptatus Rex horum sanguine natus  
 Otto coronatus, vermbus esca datus  
 Hujus erat post sponsa Philippi stirps generosa.  
 Filia formosa, nunc cinis, ante rosa.  
 Qui legis hac metra, memor esto orans pro poëta.  
 Quid caro, quid vita, quid res? nisi mors, cinis, umbra.*

---

## LUNEBURGI.

EPITAPHIUM HERMANNI TULI-  
chii, primi scholæ Luneb. Rectoris.

*Hermannus jacet hic Tulichus ille,  
 Orator bonus, & Poëta felix,  
 Hujus sceptra schola tenebat urbis  
 Magna laude diu, sed ante tempus,  
 Tantum fata virum abstulere mundo,  
 Cum mærore gravi omnium bonorum.*

Obiit an. 1540. Julii 28. ætat. 54.

JOHANNIS BATHELII COSFELD.  
secundi Rectoris scholæ Lüneburgensis.

*Qui fuit exemplar sancta memorabile vita,  
 Hujus & eximus Gymnasiarcha schola,  
 Doctrina clarus, pietate verendus & annis,  
 Pacis amans, frugi, sedulus absq; dolo.  
 Quo duce per varias artes deducta juventus  
 Atq; indefesso docta labore fuit.  
 Suaviter hoc tumulo, tenuiq; Bathelius urna  
 Dormit ad extremi tempora judicii.*

Obiit anno 1578. mense Septemb.  
Anno ætatis 77.

## GEORGII STENII CITHAROEDI.

Stenius hic recubat testudine ludere doctus,  
Cui peperit nullum Teutona terra parem.  
Cum moriebatur, Musa Charitesque gemebant,  
Tristis & abjecta flebat Apollo lyra.  
Ast calum risit, quoniam ut mortalibus antea,  
Sic insigne meos nunc canit ille Deo.

ALBERTI ZERSTEDII PATRITII  
Lüneburgensis.

Vir probus, & vita pietati dedit us omni,  
Pauperibus largas distribuebat opes.  
Qui sua nunc isto dedit ossa tegenda sepulchro,  
Ipse sed in Christo gaudia dives habet.

In cratere aureo, variis nummis diversis temporebus cufis conspicuo, quorum ultimus ex cupro est.

Bey der Münz sol man lehren  
Wie sich die welt thut verkehren.

## ALTIUD.

Henrico Husano Isenacensi Thuringo, ab ineunte aetate in Germania, Italia & Gallia bonis litteris & linguis exculto, & mox supra aetatem egregio oratori, politico & J. Cto. Saxoniae & multorum principum consiliario & legato, Cancellario Megapolitano, & post aulicarum iactationum tedium Luneb. quoque Reipub. syndico, dexteritate & usu rerum conspicuo: & in consiliis, transactiobibus & pacificationibus mirificé expedito, pieq; hic defuncto, in spem optatiss. resurrectionis uxori & liberi cum lachrym. pp.

## CIRCA IDEM MONUMENT.

COELUM POLITEUMA PIORUM EST.

Christo uno duce carpe viam; sic itur ad astra.  
Aurea pulvereis prastant aeterna caducis.


Nulli

Nulli sine Marte triumphi.

VITA CRESCENDO DECRESCIT.

MORS LILIA SENTIBUS ÆQUAT.

*Nil fragile à fracto differt; quod tu esse solebas,  
Ipse fui, fies tu quoq; sum quod ego.*



## HERVORDIAE.

### TUMULUS

Jo. GLANDORPI MONASTERIENSIS  
scholæ ibid. Rectoris.

**L**ucebis undena Febrai Glandorpius atris

Absumptus curis in sua fata ruit.

Ossa boni cineresq; viri tegit humida tellus,

Aspectu fruitur mens animosa Dei.

E regione hujus tumuli in columna lapidea.

Glandorpi, cuius studiumq; fidemq; juventus

Sensit, amans tellus hoc capit ossa solia.

De eodem Henr. Sibæus Olphenius.

Lector amans Christi, jacet hic Glandorpius ille,

II Musarum cultor, Pieridumq; decus.

Quem nunquam vivum Germania tota prehendit,

Defunctum tumulus continet exiguis.

## MAGDEBURGAE.

### JUL. CÆS. SCALIGER.

**V**os ego magnanimitis invictos Saxonas armis,

Atq; graves Martis turbine canto duces.

Non Macedo tu miles eras. Sic Gracia mendax

Facta tua in laudes transtulit alta suas.

Non veteres hoc te quondam miseris Britanniis

Quin jam servirvit terra Britannia tibi.